



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

IX. An Baptismus sit ad salutem necessarius?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

IX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS in symposio, c. 17. Ratus est baptismus in lacte, cercisia, aut quocunque in liquore datum qui balneum dici queat.

CHRISTVS. I. Ego vero dico, Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest. &c.*

2. Ipseque ego, Mat. 3. volui in Iordanem baptizari.

3. Discipuli etiam Ioannis viis Apostolis baptizare in aqua, ut & Ioannes, & mulatione succendebantur.

4. Hinc Eunuchus Philippo, Act. 8. *Ecce, aiebat, aqua; quis prohibet baptizari?*

5. Quod rectius, Eph. 5. *Lauacrum aquae in verbo vitae.* Idem, i. Cor. 10. Confert baptismum cum mari rubro: Petrus, i. Pet. 3. cum diluvio.

6. Sic & Prophetæ; Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mundam.*

Dicitur autem de me, i. Ioan. 3. *Hic est, qui venit per aquam & sanguinem; non in aqua solum; sed in aqua & sanguine:* quia est baptismus Fluminis, Flaminis, & Sanguinis. Quod Mat. 3. Lu. 3. de igne & spir. S. dicitur; id in Pentecoste impletum est.

X. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS lib. de Capt. bab. Forma consueta non est ad substantiam Baptismi necessaria: utare verbis quibuslibet, dummodo in nomine Domini baptizes; aut adeo in diaboli nomine; aut ipse diabolus baptizet; modo suscipias baptismum in nomine Domini.

CHRISTVS. Ego dixi, Mar. vlt. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Vnde Sponsa mea, Magistra Veritatis ex Sp. sancto, tali vtrendum Forma suavit & decreuit inde ab Apostolis: *Ego baptizo in nomine. &c.* Quam S. Traditione ut docet, sic & custodit, pluribus Concilijs confirmatam.

Atque hoc est baptizari, Eph. 5. laua-

cro aquæ in VERBO VITÆ: non con-
ventionali, sed concepto verbis totidem ac
formalit.

Quod autem Apostoli mei in Nomine
Christi baptizasse produntur in Actis;
c. 2. 14. 19: id in meo Instituto, sc. in Nom-
ine Patris & Filii & Spiritus Sancti, factum
esse intellige cum S. Patribus.

QVÆSTIO XI.

*An baptismus sit ad salutem nece-
sarius?*

XI. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS, Zwinglius. &c. Baptismus non
est necessarius siue ad remissionem pec. or.
siue ad salutem consequendam. &c. Vide Lu-
thero cal. p. 3. q. 21.

CHRISTVS. Ego vero dico, Ioan.
3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spir. S.*
non poterit intrare in regnum Dei; Hæc ne-
cessitas Medij est, non præcepti: ut bene
docet Au. l. 1. de pe. mer. & remis. c. 30. Ra-
tionem ipse reddidi: *Quod enim natum
est de carne, caro est:* Et oportet vos nasci de-
novo. Declaraui idem typo Serpentis &
nei, cuius aspectus erat de necessitate
medij: sic & Baptismi vsus contra mor-
sum serpentis, id est, peccatum orig.

Neque hic per aquam volui mortifica-
tionem intelligi peccatorum: Neque Aquæ
est epithetum Spiritus S. Neque Spir-
itum volui magis necessarium quam a-
quam: Neque toto dicto inesse periphra-
sin penitentiae volui: Neque etiam a-
quam passionis è latere meo manantem;
ex aqua, id est, merito ac vi passionis
meæ. Nihil, inquam, istorum volui: sed
naturalem aquam.

